

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio De Restituendis Duobus Versibus Jos. XXI. In
Quibusdam Codicibus Hebraeis Omissis**

**Abicht, Johann Georg
Flachs, Sigismund Andreas**

Lipsiae, 1714

VD18 11446064

§. VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130552)

סכום הפסוקים של ספר

יהושע שש מאות והמשים

וששה וס' סנ' וחציו

ומחשבתן עד רמת גלעד:

Etiam secundum hanc Judæorum traditionem versus nostri ex Codice Hebræo excludendi sunt. Si enim versus libri Josuæ connumerer, nostrosque excludas, habebis Masoretharum numerum 656. Si nostros addas, habebis 658.

§. VII.

Scopi nostri transgredieremur limites, si, quæ de Masora seu Traditione Judæorum circa textum hebræum sentimus, prolixè vellemus explicare. Hic tantum notamus 1) quædam exhiberi in Masora, quæ antiquissima sunt reputanda. Plures enim lectiones, quas Judæi Keri nominant, & in Masora annotant, etiam in Græcis translationibus, ut & in Chaldæis Onkelosii & Jonathanis legimus, quarum prolixum nectere catalogum nobis superfluum videtur. Deinde 2) ex Talmude constat, aliquas Masoretharum observationes ante Talmudis collectionem extitisse. Adducamus locum, quò æquius judicium de ea ferri possit. Extat ille in tract. Kadduschin. fol. 30. a.

לפיכך נקראו ראשונים

סופרים שהיו סופרים כר

אותיות שכתורה שהיו

אומרים ואז דגחן חציון

שר אותיות שר ספר

תורה: דרש דרש חציון

Idcirco vocati sunt antiqui doctores Sopherim, (numeratores) quia numerabant omnes literas, quæ sunt in Pentateucho Moysi, & dicebant Vau vocis pectus Levit. XI, 42. est media litera libri Legis. Darosch Darasch Levit. X, 16. est media dictio. Vehith

שר

gallach, & radet se Levit. XIII, 33. est medius versus, Psalm. LXXX. vers. 14. *Ajin in יע* est media litera Psalmorum, & Psalm. LXXVIII. v. 38. *Et ipse est misericors, & propitiabitur iniquitati, est medius versiculus in Psalmis.*

שר תיכרת. והתגלה חצין
 שר פסוקים. יכרס מנה
 חזר מער עין דיער חצין
 שר תהלים באותיות והוא
 דתום יכפר עין חציון
 דפסוקים:

Si hanc antiquissimorum Talmudistarum traditionem cum Masora nobis hodie superstite conferas, videbis, quod in multis conveniant. Levit. XI, 42. in Bibliorum Buxtorf. Masora marginali legimus: *הווי רגחון חצי התורה*. h. e. *Vav in voce גחון est media litera in lege*: In qua voce & Talmudistæ posuerunt mediam literam. Sic Levit. X, 16. in Masora parva ibidem additur:

Medium legis quoad חצי התורה כתיבת
voces est vox darosch ex
una parte, & darosch ex
altera parte, quod etiam cum Talmudistis convenit.

Manifestum itaque est, hodiernum Legis librum tot continere voces & literas, quot olim antiqui Masorethæ, qui Talmudistarum tempora antecesserunt, numerarunt. Sed in numero versuum dissensus est magnus inter antiquos & nostros Masorethas. Antiqui posuerunt medium versum Pentateuchi in Levit. cap. XIII, 33. Sed recentiores eum posuerunt in Levit. cap. VIII, 8. ubi in Buxtorf. Bibliis appositum legis: *Dimidium Pentateuchi quoad versus*. Similiter medium versum in libro Psalmorum, posuerunt Talmudistæ in Psalmo LXXVIII, 38. sed recentiores eundem ponunt in vers. 36. ejusdem Psalmi, ubi duorum

versuum differentia intercedit. Major in versibus dissensus cognoscitur, si sequentia loci ex Talmude citati verba consideremus. Pergunt Talmudistæ:

אתא רב אחא בר אבא
אמ' במערבא פסקי ליה להאי
קרא להלתא פסוקי ויאמר
ה' אר משדו הנרה אנכי
בא אליך בעב הענן תנו רבנן
שמונה אלפים ושמונה מאות
ושמונים ושמונה פסוקים
חריף ספר תורה יתר עלין
תילים שמונה חסר ממנה

Adveniens Raf Acha bar Ada dixit: In occidente (Palestina) distinguunt hunc versum in tres versus: Et dixit Dominus ad Mozen: Ecce ego venturus sum ad te in densa nube, &c. Exod. XIX. vers. 9. Amplius docuerunt Rabbini: Octo mille, octingenti & octoginta octo versus sunt in libro legis; plures habet Psal-morum liber octo, pauciores Chronicorum liber octo.

וכי הימים שמונה:

Ubi observandum, quod versus 9. cap. XIX. Exodi in omnibus Codicibus Hebræis impresfis, tribus quidem membris constet, sed uno versu concludatur. Quid vero Talmudistæ velint, quando Pentateuchum 8888. versibus constare dicunt, sane vix capio. In hodierna Masora tantum 5245. in fine Pentateuchi Bibl. Buxtorf. numerantur:

סכום פסוקי שר
חמשי תורה חמשה אלפים
ומאתי וארבעים וחמשה:

h. e. Numerus versusum Pentateuchi, est 5245.

Qui numerus multum differt ab illo Talmudistarum. Buxtorfius in Tiber. cap. VIII. p. m. ii. locum Talmudicum emendat, & loco 8000. legit 5000. quasi pro אלפים

vitiose positum sit **ה' אלפים**, cui lubenter suffragamur. Licet enim in Talmude Babylonico, Venetiis Anno 1716, i. e. 280, h. e. Anno Chr. 1520. excuso expressis verbis legatur **ששנה אלפים**, 8000, attamen in Cothnoth Or Amstelodami Anno 444. h. e. Chr. 1648. edito tract. Kiddusch fol. 52. b. ita exprimitur, **ה' אלפים** & si in MSS. Cod. ita scriptum fuit, erroris occasio patet. Posito ergo, erratum esse in numero, quod vult Buxtorf. & concessio, Talmudistas numerasse 5888. versus in Pentateucho, differentia tamen ad 643. ascendit, quia recentiores Masorethæ tantum 5245. versus in Pentateucho, numerant. Taceo, quod Codices non consentiant in designando versuum numero, quos Pentateuchus complectitur. In Bibliis Felic. Pratenfis numerantur 5945. versus, Elias Levita ponit 5842. Nihil hic definimus, sed tantum ostendimus, quam incerti sint Masoretharum numeri. Si porro nobiscum pensitemus, quæ Talmudistæ de numero versuum in Psalmis referunt, nempe in iis octo versus plures reperiri, quam in Pentateucho, nova discrepantia subnascitur. Secundum Masoram recentiore fini Psalmorum adjectam in Bibl. Buxtorf. numerus versuum est.

Duo mille, quin- **אלפים וחמש מאות**
genti & viginti septem **ושבעה ועשרים אלף כ"ז:**
versus 2527.

Si hunc numerum componas cum altero Talmudistarum emendato. qui est 5896. differentia erit 369. Nisi versum Psalmi quatuor aut quinque verbis constare dixeris, vix tantus numerus emerget. Id quod iis favet, qui versus Hebræorum brevibus tmematis constituisse contendunt, quod nobis in Disputat. de *Libro Resti* visum est. Plures, qui Masoræ nostræ errores cognoscere cupit, adeat ejus defensor Buxtorf. qui in castigationibus Masoræ p. m. 77. seqq. plurimos annotavit.

§. VIII.

- 4) Evidenter demonstrari potest, recentiores Masorethas